

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse
Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte
Band: 95 (2001)

Artikel: Der Zürcher Ablasstraktat des Albert von Weissenstein (1480)
Autor: Moser, Christian / Vitali, David
Kapitel: [9v] De laudibus civitatis Thuricensis, cui dicte indulgencie date sunt
Autor: [s.n.]
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-130311>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 29.12.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

sa¹⁴⁹ ad Hebreos II.¹⁵⁰ Restat proinde, *ut nemo in huius vite termino torpeat, ne in eternum locum perdat*, inquit Gregorius.¹⁵¹ [9v] Valde enim *horrendum est incidere in manus Dei viventis*, ait apostolus ad Hebreos X.¹⁵² *Incidit autem, qui sibi non providit, sed subito deprehenditur*, ait Ambrosius,¹⁵³ quia *nescit homo finem suum*.¹⁵⁴

[9v] *De laudibus civitatis Thuricensis,
cui dicte indulgentie date sunt*

Nec vacat a laude et commendacione dictarum indulgentiarum, si aliqua, licet perpauca, de laudibus Thuricensis civitatis, cuius populis et incolis hec indulgentiarum gracia donata est, dixerimus. Quam vero gloriosa sit hec nostra civitas Thuricensis et quam digna ex eius vetustate antiquissima, situ celique aspectu, ex pulchritudine irrigua et amena, ex loci denique salubritate et fertilitate, ex structura denique forti et eius municione, ex honore insuper et reverencia sacrorum locorum, monasteriorum et templorum in ea et in circuitu eius pro summi Dei cultu constitutorum, in quibus religio, honestas et vite sanctimonia vigent, manifestissime patet, ut ei nihil deesse videatur, quod ad summam laudem et glorie amplitudinem pertineat, adeo ut eius nunc fama nedum ad vicinas, sed et ad multum remotas nationes propter eius gloriosa gesta pervolitaverit.

Merito ergo Thuregum dicitur, quia *turris fortissima nomen Domini; ad eam fugiet iustus et salvabitur*.¹⁵⁵ Nam huius urbis cives prudentia et iusticia ceterisque virtutibus preediti, in dandis consiliis circumspecti et ut viri pacifici exemplo Cristi, qui veniens in mundum pacem nobis fecit, sicut predictum fuit Ysaie XXVII: *Pacem faciet mihi*.¹⁵⁶ Ita et ipsi semper hoc procurare satagunt, ut suum unicuique ius reddatur, sine quo nec civitas esse nec appellari

¹⁴⁹ Handschriftlich zu glossa verändert.

¹⁵⁰ Gloss. Ord. in Hebr. 3,13.

¹⁵¹ Greg. M. in evang. 2, 22 (PL 76, 1181B): Nemo in huius vitae itinere torpeat, ne in patria locum perdat.

¹⁵² Hebr. 10, 31.

¹⁵³ Gloss. Ord. in Hebr. 10,31 incidit, qui non previdet, sed subito deprehenditur. Dieselben Worte bei anderen Kommentatoren des Hebräerbriefs (Herveus von Déols [Burgi-Dolensis, OSB, † 1149/50], Comm. in Hebr. 10 [PL 181, 1639A]; Petrus Lombardus, Coll. in Hebr. 10 [PL 192, 486A]), aber nicht bei Ambrosius.

¹⁵⁴ Eccles. 9, 12.

¹⁵⁵ Prov. 18, 10 turris fortissima nomen Domini; ad ipsum currit iustus et exaltabitur.

¹⁵⁶ Is. 27, 5 an potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, mihi faciet pacem.